



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Regvlæ Societatis Iesv**

**Angeli, Bernardo d'**

**Romæ, 1616**

De prima probatione. Cap. II.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68329](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68329)

*De prima probatione.*

## C A P. I I.

**P**ostquam in Domino statuetur, ad probationem aliquem admittendum esse in domo, vel habitatione separata prima probationis; hospitem more duodecim dies, vel usque ad viginti, & amplius, prout Superiori videbitur, diuersetur: vt eo tempore de ijs, quæ pertinent ad Societatem ipse certior reddatur, & Societas eundem plenius in Domino cognoscat.

**10** Postridie ei declarabitur, quomodo in eo loco se gerere debeat, ac nominatim ne verbo, aut scripto (nisi Superiori aliqua de causa non leuis momenti aliud videretur) cum externis, vel domesticis agat, præterquam cum ijs, quos ad id Superior designauerit.

**11** Librum completum examinis absque declarationibus latina lingua pro ijs, qui eam intelligunt, & vulgari pro alijs habeat, nec non & eisdem linguis Summarium Constitutionum, & regulas communes habere debet.

**12** Elapsis duobus aut tribus diebus examinari accuratius incipiat, & relinquatur ei scriptum prædictum examen, vt solus id maturius

In ex. c. 1. §. 13. & p. 1. c. 4. §. 1.

Admissus quãto tempore hospitem more diuersabitur.

P. 1. c. 4. §. 4. Ei quomodo se gerere debeat declarandum.

Ad id necessarios libros habebit.

P. 1. c. 1. lit. D

In Ex. c. 1. §. 13. & lit. A. &

p. 1. c. 4. §. 5. Quando examinabitur accuratius.

turius consideret, nisi in aliquo particulari aliud examen breuius proponendum esse Superior iudicauerit.

13 Postea literę Apostolicę Iulij iij. anno In ex. c. r. §. 1550. & Summarium Constitutionum, & Regulae communes eidem ostendantur, & relinquantur, vt omnia per otium magis considerent: ijs vero qui literas Apostolicas latinas non intelligerent, satis esset earum summam declarare.

14 Ordo examinandi esse debet, in primis proponere, ac profequi, quę quatuor primis capitibus examinis continentur: deinde ea quę speciatim ad literatos pertinent, vel Coadiutores, vel Scholares, aut indifferentes: quamuis autem omnibus integrum examen relinquatur, non sunt tamen omnes particulariter examinandi, nisi de ijs, quę ad vnumquemque pertinent, & si quid alicuius momenti occurrerit, quod Superiorem scire oporteat, scripto notabit.

15 In his omnibus proponendis, & declarandis paulatim procedatur, vt qui examinantur, res omnes nostri Instituti, iuxta ipsorum gradum bene percipiant, ad suam maiorem satisfactionem, & stabilitatem: & illa praesertim sunt magis explicanda, quę postea aliquam difficultatem afferre possent, vt de animi promptitudine ad seruiendum Deo vbique, & in re quauis; de manifestatione

tionem tum suorum, tum alienorum defectuum iuxta Constitutiones; de manifestatione etiam conscientiae statutis temporibus, de indifferentia ad gradus Societatis in scholaribus, & literatis. Ad quam indifferentiam diserte intelligant, tum initio cum Societatem ingrediuntur, tum postea sexto quoque mense, praecipue vero cum vota biennio elapso, emittere debent; Nostros omnes obligari quarto quodam voto: quod verba illa formulae votorum scholasticorum continent, scilicet (Promitto eandem Societatem me ingressurum) ut scilicet gradum Coadiutoris formati, vel professi recipiant, prout Generalis Praepositus iudicaverit.

16 Si quis ad studia maiorem propensionem quam par esset & minorem iudifferentiam, quam ad alia ministeria Societatis praese ferret, & videretur nihilominus ad ea minus aptus, non tantum proponatur ei scriptum Examen, ut reliquis, sed & §. 2. c. 7. accurate illi explicetur, interrogeturque an patienter se dimitti sinet à Societate dummodo ab omni voto ac promissione liber maneat.

17 Admoneatur, ut vere omnino, ac sincere respondeat: nam aliter multa gravia, incommoda inde oriri possent; & nihilominus admoneri Confessarium oportet, ut si quis vere non respondisset, eius de ea re conscientiam stimulet.

Dec. 73. §. 15.  
Cong. 7.

Ex Decr. 66.  
§. Cong. gen.

Decr. 70. c. 6g.

4.  
Quid cum propenso ad studia & non indifferente.

In ex. c. 3. §. 1  
& lit. A. & c.  
2. lit. A.

Quid cum non sincere respondit.

- In interrogationibus seruandum secretum.**  
 In ex. c. 3. §. 1.  
 Ibid. c. 4. §. 8.
- 18 Si quid erit in interrogationibus, quod secretum requirat, id obseruabitur, ut par est, & interrogato placuerit: declaratur tamen ei, quod iuxta Constitutiones licebit rem omnem Superiori manifestare.
- In ex. c. 4. §. 2 & can. 1. cong. 3.**  
 Promissio abdicandi se bonis.
- 19 Promittat relicturnm se omnia bona sua post vnum annum ab ingressu, quando- cunque iniunctum à Superiore ei fuerit: & declaratur, quod actus huius promissionis, nec votum est, nec solum propositum, sed promissio simplex, illa conditione affecta, si ipse perseverauerit, & Superior ei iniunxerit.
- P. 1. c. 4. §. 1 & Decr. 78. cong. 4.**  
 Accurate informetur de instituto.
- 20 Hoc tempore primæ probationis per quinque vel sex dies accurate informantur prædicto modo de ijs, quæ ad institutum, & ad ipsos pertinent, & lectione alicuius pij libelli, qualis esset de imitatione Christi, subinde recreentur.
- Coadiutores temporales, quomodo instruendi.**  
 In ex. c. 5. §. 6 & p. 1. c. 4. §. 5. & decr 78. Cōgreg. 4.
- 21 Coadiutores vero temporales, qui legere non didicerunt, aut qui minus ad hæc tractanda idonei videbuntur, quamuis in propria vocatione, iuxta ipsorum captum, plene instituendi sunt; poterunt tamen hoc tempore aliquo exercitio corporali, aut labore manuum iudicio Superiorum occupari, se iuncti tamen ab alijs.
- Lectiones prælegendæ & exhortatio faciendæ.**
- 22 Deinde qui literis operam dederunt, de singulis facultatibus, in quibus versati sunt, singulas prælegant lectiones coram eis, qui à Superiore ad eorum talentum cognoscendum

scendum in doctrina, & proponendi modo sunt constituti, & postea exhortationem unam quisque faciat.

23 Tum si quis, antequam fuerit in Societatem admissus, spiritualia Exercitia non fecerit, hoc primum experimentum (vt sequenti capite, vbi de experimentis agitur, mox dicitur) iuxta 4.c. Exa. §. 10. aggredietur, & iuxta exercitia suo tempore generaliter confiteatur, nisi ante ingressum fuerit alicui de Societate generaliter confessus: tunc enim satis erit, si ab eo tempore generalem confessionem incipiat: & eodem tempore conscientiam suam Superiori, aut ei, quem Superior designauerit, aperiat, iuxta par. 1. Const. c. 4. §. 6. & si ab aliqua censura virtute nostrorum privilegiorum absolutus fuerit, admoneatur quod si non perseuerauerit, in eandem reincidet. Declaretur etiam illi, si qua vota cum adhuc esset in seculo emisit (præterquã religionis determinatæ) in nostra Societate tamdiu suspensa esse, dum ipse in Societate manserit, quod si recesserit, eadem obligatione teneri, qua ante ingressum tenebatur. Expleto autem tempore huius experimenti, sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum accipiet, & communem Domum habitationis ingrediatur, vbi cum alijs versari, & in secunda probatione diutius exerceri Novitij solent.

Dec. 78. Congreg. 4.

Spiritualia Exerc. primū experimentū.

Exa. c. 4. §. 41

Exa. c. 4. §. 36

Can. 22. Congreg. 1.

P. 1. c. 4. §. 6.

Dec. 78. Cō-  
greg. 4.

Quæ causa  
differendi spi-  
ritualia Exer-  
citia.

24 Si vel cuiusquam valetudo, vel ali-  
qua temporis aut personæ ratio persuaferit,  
non esse tam diu hæc mentalia exercitia con-  
tinuanda, antequam exercitia aggrediatur,  
per quatuor vel quinque dies vacare, & sepa-  
ratim recreari poterit; vel si Magistro Noui-  
tiorum videretur, facta confessione generali,  
& peractis exercitijs primæ hebdomadæ. Sed  
quando hæc relaxatio longius ob valetudi-  
nem aut aliam rationem protrahenda Magi-  
stro Nouitiorum visa fuerit, poterit sumpta  
Eucharistia etiam ad communem conuictum  
admitti; & vbi firmior fuerit, sua exercitia  
peraget.

In Exa. c. 4. §.  
4. & p. 1. c. 4.  
§. 6.

Afferuentur,  
quæ à Noui-  
tijs afferuntur.

25 Si Superior iudicauerit eum Domi re-  
tinendum, curet, vt in libro ad id designato,  
quem penes se Procurator habere debet, scri-  
batur quicquid vnusquisque Domum attule-  
rit, cum subscriptione eius qui examinatus  
est; & vt hæc alicubi separatim afferuentur,  
quousque biennio expleto consueta vota emi-  
ferit.

P. 1. c. 4. §. 6.

Notet diem  
ingressus vni-  
uscuiusque.

26 In alio libro, quem apud se habebit,  
notabit diem, & annum ingressus vniuscuius-  
que, incipiendo à die, quo primum proba-  
tionē intrauit; & nomen, & patriam, & quod  
contentus sit obseruare omnia ei proposita.  
Quando vero aliqui in Coadiutores tempo-  
rales, & indifferentes admittentur, speciatim  
id scripto declaretur, quod vt tales examina-  
ti, &

ti, & admissi fuerint; & hæc, qui examinatus est, manu sua subscribat, & si scribere nescit, alius eius nomine scribat.

*De secunda probatione.*

C A P. III.

*De experimentis.*

**27** I N primis diligenter curet, vt Nouitij sex illis experimentis, quæ in Constitutionibus traduntur, serio, & cum desiderio fructu exerceantur, intelligatque præcipuam Nouitiatus partem in his probationibus positam esse.

In Ex.c.4.§.9  
Experimenta serio capiantur.

**28** Exercitia spiritualia primum singulis, eo quo procedunt ordine, præscripto tempore atque exacte tradantur, secundum vniuscuiusque dispositionem, & captum, iuxta Regulas libri Exercitiorum, prætermisiss tamen his, quæ ad electiones spectant; vt inde, præter alia, certam, ac nostro instituto consentaneam mente, & voce orandi rationem habeant, quam in posterum seruire debeant.

In Exa.c.4.§.10. & p.3 c.1. §.20.

Quomodo Exercitia spiritualia tradenda.

**29** Quoad secundum experimentum, quo hospitalibus per mensem seruire debent, videbit ipse, quid magis expediat, an nostros ibidem cibum capere, & dormire, an vero per aliquot

In Exam.c.4 §.11.